

rem vestrum receptioni dictorum testium coram nobis
..... cum locorum distantiam tam modica sit
ut si vobis placuerit possitis ibi in hora tertia comode
Interesse. Scientes dictorum testium
procedimus Rescribentes nobis cum forma presencium
quicquid super hoc duxeritis faciendum Datum in Monte
viridi vicesimo primo decembris quaterdecime Indictionis.
Et easdem litteras assignavimus manu propria predicto
Camerario suo presentibus predicto Iudice
... Clericis Ecclesie Montis viridis videlicet archidiacono.
Montis viridis sine alicuius contradictione. Interrogatus de
loco dixit quod fuit in Monte Viridi et eius territorio. In-
terrogatus de tempore dixit quod vidit iam sunt quinquaginta anni. § Item Interrogatus super [secundo articulo]
sciret quod Ecclesia habuit et habuerit suos vassallos li-
beros item dixit quod sic. Interrogatus in causa sciret et
dixit quod vidit Episcopos qui fuerint pro tempore libere
possidere vassallos liberos in loco predicto. Interrogatus
de tempore dixit quod recordatur de quinquaginta annis
citra descendendo. Interrogatus de loco dixit quod fuit in
Civitate et Territorio Montis viridis. § Item Interrogatus
super tertio articulo si sciret quod Ecclesia sit et fuerit
in pacifica possessione vel quasi iuris Item,
dixit quod sic. Item in causa scientie dixit quod vidit
audivit et Interrogatus fuit quoniam Episcopi qui pro
tempore fuerunt in ipsa Ecclesia per se et per suos offi-
ciales precipiebant ipsis vassallis suis et ipsi vassalli obe-
diebant ipsis et suis archipresbitero. dompno donato. dom-
pno Arnulfo canonico eiusdem Ecclesie dictus
Notarius Petrus de ariano Camerarius et procurator pre-
dicti Nobilis et Oddo gallicus et Iudex Robbertus de Boano
pro parte ipsius comparuerunt coram nobis non peten-
tes ad hoc adducti nec volentes receptioni dictorum testium
Interesse ut in prima petentibus ut dictum Ne-
gocium deberemus amore dicti domini ad te diucius pro-